

Kreis

Steinfurt

S 160

1233 Juli 8. Deventer.

[1]

400

Der Elekt Otto von Utrecht befundet, daß einige seiner Ministerialen ihre Güter dem Edlen Ludolf von Steinfurt zu Lehen aufgetragen haben.

Otto, Dei gratia Traiectensis electus, universis presentem cedulam inspec-
turis salutem in Domino. Noverint universi, quod quidam nostri ministeriales
proprietatem quorundam suorum bonorum in presentia nostra nobili viro
domino Ludolfo de Stenvordia contulerunt, ab ipso eadem bona in feodo
recipientes, sicut conductum fuit in compositione facta inter iam dictum L.
et Bennekinum de Wic sub tali forma, ut quandocumque aliquem istorum
conferentium discedere contigerit, predictus L. filio vel filie defuncti sine
pecunia, que herwade dicitur, sine contradictione concedet; heredes aut[em]
subsequentes de illis bonis facient, sicut de aliis est consuetum. Et hec sunt
nomina illorum, qui bona sua iam dicto nobili contulerunt: Beneko de Wic
bona, que Lede vocantur, bona in Eckenholte, apud Tveclo mansum unum;
Engelbertus de Ramelo unum mansum in parochia de Wie, qui Hudinelo
vocatur; Bernirus de Ralte domum, que vocatur Velthus, prope eandem
villam; Thidericus de Woelo unum mansum in villa Vase super Veluam.
Ut autem hec rata maneant et inconclusa, presens scriptum sigilli nostri
appensione fecimus roborari. Data et acta hec sunt anno gratie M^oCC^oXXX
tercio, sexta feria post octavas apostolorum Petri et Pauli, apud Davantriam.
Testes B. comes de Benethem, Svesterus de Vorste, Egidius de Brochusen,
Stephanus pincerna, Hugo de Vlotene, Gerwinus et Johannes fratres in
Daventria, Herbertus Drento, Gerhardus de Hervethe, Heebertus de Elderike,
Johannes de Ahus, Symon Ternine et alii quam plures.

Abschrift Antiqua Registratura S. 1; Lehenbuch v. 1609 (Qb.) S. 7: (Wie,
Wijhe j. von Zwolle; Tveclo, Twello w. von Deventer; Ramelo, Ramele bei Raalte,
Overijssel; Ralte [Abschr. Balte], Raalte; Vase, Vaassen in der Veluwe.)